Ducatus Masouiae

Universis et Singulis Capitaneis Castellanis Judicibus Subiudicibus alijsq; officialibus Nobilibus et Terrigenis et quibusuis incolis in Ducatu nro Masouiae consisten. praesentibus Significamus Generosum et Magnum N. vicesgerentem in Ducatu Masouiae creauimus et constituimus praesentibus Damus et concedentes eidem prout damus et concedimus plenam et omnimodam facultatem Judicia solita in praefato Ducatu exercen. et alia omnia agen. et facien. quaecunq; Antecessores sui Palatini agere potuerunt et soliti sunt Quo circa vobis omnibus et Singulis supradictis Mandamus quatenus praefatum Palatinum pro nro vicegeren. haben. Illi in omnibus ad officium spectantibus obediatis secus facere non ausi pro gratia nra etc.

Concessio subpincernatus

Significamus etc. Quia commendatum apud nos habentes Generosum N. obcius virtutem ac integritatem animi ac erga omnes optimam conseruationem Eandem ipsi officium Subpincernatus ultimi et immediati possessoris vacans et conceden. duximus Damusq; et concedimus praesentibus literis nostris ad extrema ipsius vitae tempora Cum omnibus ad hoc idem officium subpincernatus ex antiquo pertinen. et obuentionibus vniuersis nullis penitus exceptis et exclusis etc.

Mandatum de non Proficiscen. subditis ad externam militiam

Magce Sincere nobis dilecte Famati quibus Consiliariorum nostrorum sententia Mandaueramus ne quis de Regno et dominijs nostris in externam militiam proficisci neue Milites equites vel pedites educeret Quoniam vero perfertur ad nos Principes quosdam bellum contra se apparere, et res eo spectant ut nos ipsi militibus opus habituri esse videamur Iterandum ipsum edictum esse duximus Quare vigore praesentis Conuentus N. iterum edicimus ne quis omnino de subditis nostris cuiuslibet status et conditionis ad externas oras atq; gentes proficisci militatum vel milites Equites aut Pedites educere per se aut subordinatas personas audeat Volumus autem et Mandamus Fid. T. ut hoc edictum nrum in Ciuitatibus et oppidis Tuis ditionis Sub et Nundinis foris et alijs Conuentibus per praeconem publicari faciat eosq; qui contra ausi fuerint facere nobis deferat sub poena in negligentes Capitaneos constituta Manens quibus etc.

Concessio Pannitonstrina

Significamus etc. Quia nos supplicationibus quorundam Consiliariorum nostrorum pro Famato N. Panni tonsore Ciue N. nostris